Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

eis ihesus Tempus meum nondum aduenit: tempus autem uestrum semper est paratum Non potest mundus odisse uos me autem odit quia ego testimonium perhibeo de illo: quia opera eius mala sunt Vos ascendite ad diem festum hunc: ego non ascendam ad diem festum istum quia tempus meum nondum impletum est Hec cum dixisset ipse mansit in galilea Vt autem ascenderunt fratres eius: tunc et ipse ascendit ad diem festum non manifeste sed quasi in occulto Iudei ergo querebant eum in die festo et dicebant Vbi est ille Et murmur multus de eo erat in turba Quidam enim dicebant quia bonus est: alii autem dicebant non: sed seducit turbas Nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum iudeorum

OFF. Superent inte omnes qui nouerunt nomen tuum domine quia non derelinquis querentes te psallite domino qui habitat in sion quia non est oblitus orationem pauperum SEC. Hostias tibi domine deferimus immolandas que temporali celebratione nos letificet: ut perpetua tercaris sperentes eterna P COMM. Redime nos deus israel ex omni angustia nostra COMPL. Quaesumus omnipotens deus: ut que diuina sunt mente exsequentes: donis merearamur celestibus perfrui P SUP PSALM. A nobis quaesumus domine peccatorum in tua uoluntate tamulatum ut in diebus nostris et merito et numero populus tibi seruiens augeatur P FERIA IIII. INTROITUS Liberator meus de gentibus iracundis ab insurgentibus in me exaltabis me a uiro iniquo eripies me domine PS Diligam te domine uirtus mea dominus firmamentum meum et refugium Sanctificato hoc ieunio COLL. FLEC. GE. mesi deus tuorum corda fidelium miserator illustra-